

*CARMEN GRATV-
LATORIVM IN NATALEM
Saluatoris Domini nostri Iesu Chri-
sti, Ex Esaia Capit. 4.
9. & 11.*

Nascere Iusticia, promissum nascere semen,
In quo tot sancti spem posuere patres.
Surcule reliquis radicem Davidis exi,
Anno soq; Isai stipite germen age.
Deplue ros caeli, descende saluifer imber,
Noticiaq; riga pectora nostra tui.
Vt tibi tale tuo carmen psallamus in ortu,
Quale chori superum concinuere melos:
Nuncia cum pecoris recitari lata magistris
Audijs ad clausos vox vigilata greges.
Eq; tua caro carne, tuisq; ex ossibus ossa,
Unitiq; tibi simus, vt ipse patri es.

Henricus Husanus I. C.

*CANTIONES
DE NATIVITATE
Domini & Saluatoris nostri
Iesu Christi.*

Angelus emittitur, AVE

dulce promittitur, semen Dei feritur, Igitur

porta caeli panditur.

*Vim Natura patitur, Filius concipitur,
Virgo non corrumpitur, Igitur & c.
Grex in nocte pascitur, Caeli lumen funditur,
Laus in altis canitur, Igitur & c.
Gaudium praedicitur, Pax quoq; promittitur
Bonis tamen traditur, Igitur & c.*